

Laibacher Diöcesanblatt.

Nr. IV.

Inhalt: 25. Litterae Apost. de constituendo collegio clericorum Maronitarum. — 26. De conjugii clandestinis. — 27. Decretum s. Indulgent. Congr. de clausula »corde contrito«. — 28. Formula benedictionis instrumentorum organi in ecclesia. — 29. Formula benedictionis vexilli process. — 30. Legitimations-Anmerkung per subsequens matrimonium. — 31. Heimatrecht-Erwerbung durch Erlangung eines öffentlichen Amtes. — 32. Mäßigkeits-Vereine. — 33. Firmung und canoniche Visitation. — 34. Concurſ-Verlautbarung. — 35. Chronik der Diöcese.

1892.

25.

Sanctissimi Domini nostri LEONIS Divina Providentia PAPAE XIII. Litterae Apostolicae

quibus Collegium clericis Maroniticis instituendis in Urbe constituitur.

LEO PP. XIII.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

Sapienter olim et feliciter meus provida Decessoris Nostri Gregorii XIII illustris Maronitarum Nationis bono consuluit, qui probe perspicuus quantum solidae doctrinae excoltaeque virtutis laus non ad privatam modo sed ad publicam utilitatem conferat, Maronitarum Collegium in hac alma urbe constituit, in quo iuvenes Clerici eiusdem Nationis ad optima studia et ecclesiasticam disciplinam rite excolerentur. Tantum Pontifex ille providentissimus operae pretium se facturum in eo Collegio excitando existimavit, ut eius causa hospitalem domum peregrinis Maronitis excipiendis, ad S. Ioannis de Ficoria in regionario vico ad lacum Virginis antea in urbe a se fundatam, in sedem memorati Collegii converterit, ac per Apostolicas litteras anno MDLXXXIV datas, pristinum hospitalis domus institutum, ad iusti et legitimi Collegii ius et conditionem evexerit. Huiusmodi Collegii sedes duo amplius saecula incolumis mansit, ac divina adspirante gratia ex eius disciplina illustrium virorum seges laetissima prodiit, qui uti eorum temporum memoria docet, et egregie de Ecclesia meruerunt, et Maroniticum nomen sua

eruditione ac laboribus illustrarunt. In hac praestantium alumnorum copia iuvat memorare Assemanos, ac Iosephum Simonium praecipue celebri fama virum, cui orientales litterae et Vaticana Nostra Bibliotheca plures veteris eruditionis et doctrinae thesauros debent, Abrahamum item Echellensem, doctorum virorum laudibus commendatum, quibus praeclarissimi alii ex alumnorum numero viri accensendi sunt ad Patriarchalem vel Episcopalem dignitatem evecti, quorum et doctrinae praestantia, et virtus in reducendis ad catholicam unitatem deviiſ hominibus splendide effulsit. Ob tantum huius Instituti fructum et gloriam, non potuit non molesta graviter et acerba accidere Maroniticae genti, adversa ea quae contigit initio huius saeculi eidem Collegio fortuna: namque propter perturbationes temporum, cum plura ecclesiastica bona in urbe venirent, alumnorum etiam suorum Collegium ea calamitate perculsum vidit, eiusque aedes in aliorum possessionem potestatemque translatae. In his tamen adversorum temporum fluctibus, curae fuit Decessoribus Nostris

quae pauca superfuerant de Collegii bonis, veluti naufragii reliquias, colligere ac tueri, eorumque redditus instituendis in Collegio Urbaniano aliquot Nationis Maroniticae clericis attribuere, ut quorum bona erant, ipsi eorum beneficio salutari fruerentur.

Haec cum Nobis omnia perspecta et cognita essent, aegerrime semper tulimus Maronitas Libani incolas pluribus nominibus illustres, pristina apud hanc Apostolicam Sedem ecclesiasticae institutionis domo carere, ac diu eam cogitationem alimus auctoritate operaque Nostra efficiendi, ut eorum Collegium in hac urbe olim fundatum ab interitu revocaretur. Id enim a Nobis expetere putabamus paternum studium quo in omnes orientis catholicos affecti sumus, et suo quodam iure Maronitas promereri qui avitae fidei cultores, firmam semper practulere in ea retinenda et conservanda constantiam, et latius etiam proferendam virtutem. Huc etiam accessit quod non iteratis solum votis Patriarcha aliique Maronitarum Antistites, Collegii Nationis suae restitutionem a Nobis postulaverint, sed subsidia etiam huius rei causa comparare atque conferre studuerint, quae licet paria necessitati non sint, firma tamen spes adest fore, ut et Maronitarum et aliorum fidelium liberalitate suffragante, iusto Collegii patrimonio plene tandem consuli possit. Nos autem ipsis gratificari pro viribus cupientes, et nobilissimum opus ope Nostra iuvare, sedem in hac urbe designabimus Collegii Maronitici usibus opportunam, quam eidem Collegio pleno iure in perpetuum attribuemus.

Nunc itaque votis Patriarchae et Antistitum Maroniticae gentis libenter annuentes, et quod propositum Nobis diu fuit, optatum ad exitum adducentes, his litteris auctoritate Nostra Apostolica ad maiorem Dei gloriam, ad incrementum catholicae apud orientis populos religionis, ad decus utilitatemque Maroniticae Nationis, Collegium in hac alma urbe Clericis Maroniticis instituendis instauramus restituimus ac denuo excitamus, ad leges quae infra dicuntur, idemque Collegium eodem iure esse volumus, quo quae optimo et legitimo iure Pontificia clericorum Collegia in urbe sunt.

Cum porro maxime optemus ut hoc Maronitarum Collegium ad veterem dignitatem et decus assurgat, confidimus studiosae Nostrae in ipsum voluntati uberes alumnorum in virtute et doctrina progressus vicissim responsuros.

Collegium itaque ipsum in ditione et potestate Consilii Nostri fidei propagandae, orientalis ritus negotiis praepositi, perpetuo sit, ac iisdem regiminis et disciplinae legibus utatur, quae in Urbaniano collegio fidei propagandae vigent.

Cardinalis qui sacri Consilii fidei propagandae generalis Praefectus est, quique in posterum futurus sit, Patroni seu Protectoris Maronitarum in urbe Collegii munus in perpetuum gerat.

Cum vero maxime intersit ad rectum Collegii regimen eiusque prosperitatem, Rectorem caeterosque Moderatores constitui qui magis idonei ac utiles bono eiusdem videantur, Cardinali Patrono tribuimus, ut quaesita etiam sententia Consilii Cardinalium, de quo supra diximus, Rectorem aliosque Collegii moderatores designet, deque iis ad Pontificem Maximum referat, ut qui designati fuerint, eorum eligendorum Pontifex Maximus auctor fiat.

Sacerdos Maroniticae Nationis a Patrono deligatur qui sedem in Collegio habeat, quique sedulam det operam alumnis excolendis et exercendis in iis quae ad sacram Liturgiam, atque ad sacerorum ritus, Maronitarum proprios, pertinent.

Patroni autem auctoritas et potestas ea erit, cui omnes qui regendi et administrandi munus in Collegio habent, nedum alumni, obsequi et parere debeant.

Cum de gravioribus agatur Collegii negotiis, de iis Patronus ad Pontificem Maximum referat, ac in singulos annos eidem Pontifici Maximo descriptionem totius Collegii status litteris mandatam exhibeat.

Quo vero facilius et expeditius Cardinalis Patronus suo munere fungi possit, adiutorem ei adiciamus Antistitem Urbanum, administrum ab actis Nostri Consilii negotiis ritus Orientalis praepositi, qui nomine et auctoritate Praesidis Maronitici Collegii, in omnibus quae ministerio eius demandentur, Collegii Patrono operam navet.

Omnia demum quae his litteris Nostris statuimus ac declaravimus, rata ac firma uti sunt.

ita in posterum esse volumus ac iubemus, irritum ac inane futurum decernentes si quid super his a quoquam contigerit attentari; contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae apud S. Petrum sub anulo Piscatoris die XXX Novembris anno MDCCCXCI, Pontificatus Nostri decimoquarto.

LEO PP. XIII.

26.

LEO PP. XIII.

AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

Consensus mutuus, unde matrimonia iusta nascuntur, non verbis dumtaxat sed aliis quoque signis exterioribus patefieri ac declarari potest. Quamobrem Alexander III.¹⁾ Innocentius III.²⁾ et Gregorius IX.³⁾, decessores Nostri, merito decreverunt ut carnalis copula, si sponsalia de futuro certa ac valida praecessissent, cum in iudicio tum extra iudicium pro vero coniugio haberetur, nisi impedimentum canonicum obstitisset. Et in hac iuris praesumptione tantum roboris inesse vulerunt, ut firmum ipsa statueret sanciretque ius nec probationem contrariam ullam admitteret. Deinde vero matrimonia clandestina, id est non praesente Parocho et duobus tribusve testibus inita, quum Concilium Tridentinum⁴⁾ irrita infectaque esse iussisset, ius illud priscum, ut erat necesse, valere desiit ubicumque promulgata vel moribus usuque recepta Tridentina lex. Quibus autem illa locis non viget, in iis semper Apostolicae Sedis iudicium fuit, canones, quos indicavimus, ratos atque firmos permansisse. Sed aetatum decursu, ex conscientia et cognitione christianorum sensim effluxere. Plures enim Episcopi ex iis regionibus, in quibus matrimonia clandestina contra fas quidem inita, sed tamen valida iudicantur, haud ita pridem rogati quid populus ea de re sentire videretur, plane retulerunt, canonicam de coniugiis praesumptis disciplinam passim exolevisse desue-

tudine atque oblivione deletam: propterea vix aut ne vix quidem contingere ut copula inter sponso affectu maritali nec fornicario habeatur: eamque non matrimonii legitimi usum sed fornicationis peccatum communi hominum opinione existimari: imo vix persuaderi populo posse, sponsalia de futuro per coniunctionem carnalem in matrimonium transire.

His igitur rebus et causis, de consilio Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium in rebus fidei Inquisitorum generalium, supra memoratos canones et alias quascumque iuris canonici ea de re dispositiones, etiam speciali mentione dignas, per hoc Decretum Nostrum abrogamus et abolemus, et pro abrogatis, ac si nunquam prodissent, haberi volumus.

Simul per has litteras Nostras decernimus ac mandamus ut deinceps illis in locis in quibus coniugia clandestina pro validis habentur, a quibusvis iudicibus ecclesiasticis, in quorum foro causas eiusmodi matrimoniales agitari et iudicari contigerit, copula carnalis sponsalibus superveniens non amplius ex iuris praesumptione conjugalis contractus censeatur, nec pro legitimo matrimonio agnoscatu seu declaretur. Huius tamen auctoritate Decreti induci nolumus necessitatem formae Tridentinae servandae, ad matrimonii validitatem, ubi illa forma modo non viget.

Datum Romae apud S. Petrum die 15. Februarii MDCCCXCII, Pontificatus Nostri anno decimo quarto.

LEO PP. XIII.

¹⁾ Cap. *Veniens*, de Sponsal.

²⁾ Cap. *Tua nos*, eodem tit.

³⁾ Cap. *Is qui fidem*, eodem tit.

⁴⁾ Ses. XXIV. Cap. 1 de Reform. matrim.

Ex S. Cong. Indulg. et Ss. Reliq.

De sensu clausulae „corde saltem contrito.“

Urbis et Orbis. Iuxta Apostolicae Sedis praxim in plenariae Indulgentiae concessionibus apponitur clausula: *Christifidelibus, qui vere poenitentes, confessi, sacraque Communione refecti etc.* Haec clausula juxta declarationem alias datam exprimit conditionem, ita ut Confessio inter opera iniuncta recensenda sit, et nemo indulgentiam plenariam, etsi statu gratiae reperiatur, lucrari possit nisi sacramentalem confessionem faciat, et cetera iniuncta opera adimpleat.

Iam vero in indultis, quibus partiales indulgentiae conceduntur, nulla mentio fit de Sacramentali Confessione, sed adhibetur clausula „*corde saltem contrito.*“ Hinc apud nonnullos quaestio orta est:

An praescripta contritio requiratur dumtaxat uti mera dispositio, nempe ut, quatenus aliquis in statu peccati mortalis reperiatur, ac propterea incapax lucrandae cuiusvis indulgentiae, per perfectam contritionem cum proposito confessionis ad statum

gratiae restituatur, et capax fiat indulgentias assequendi; vel potius clausula illa „corde saltem contrito“ inducat veram conditionem scilicet tamquam pars operis iniuncti contritio ipsa habenda sit ut ad indulgentiam lucrandam etiam ab illis actus contritionis emittendus sit, qui in statu gratiae et caritatis reperiuntur?

Ut hac in re Christifideles tutam regulam habeant, Sacra Congregatio suprascriptum dubium solvere non dedignetur.

Sacra Congregatio, re sedulo diligenterque perpensa, proposito dubio respondendum censuit, prout respondit: *Affirmative ad primam partem, Negative ad secundam.*

Et facta relatione SSmo D. N. Pio IX in Audientia habita a me infrascripto Cardinale Praefecto 18. Dec. 1870, Sanctitas Sua resolutionem Sacrae Congregationis approbavit et confirmavit.

A. Card. Bizzarri, Praef.

A. Colombo, Secret.

Benedictio instrumentorum organi in ecclesia.

(S. R. U. die 13. Novembris 1891.)

Ÿ. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit coelum et terram.

Psalmus 150.

Laudate Dominum in sanctis ejus: laudate eum in firmamento virtutis ejus.

Laudate eum in virtutibus ejus: * laudate eum secundum multitudinem magnitudinis ejus.

Laudate eum in sono tubae: * laudate eum in psalterio et cithara.

Laudate eum in tympano et choro: * laudate eum in chordis et organo.

Laudate eum in cymbalis benesonantibus: laudate eum in cymbalis jubilationis: * omnis spiritus laudet Dominum.

Gloria Patri.

Sicut erat.

V. Laudate Dominum in tympano et choro.

R. Laudate eum in chordis et organo.

Ÿ. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Deus, qui per Moysen famulum tuum tubas ad canendum super sacrificiis, nomini tuo offerendis, facere praecepisti, quique per filios Israël in tubis et cymbalis laudem tui nominis decantari voluisti: bene † dic, quaesumus, hoc instrumentum organi, cultui tuo dedicatum; et praesta, ut fideles

tui in canticis spiritualibus jubilantes in terris, ad gaudia aeterna pervenire mereantur in coelis. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum:

Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia saecula saeculorum. *R.* Amen.
Deinde organum aspergat aqua benedicta.

29.

Benedictio Vexilli processionalis.

(S. R. C. die 13. Novembris 1891.)

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit coelum et terram.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Domine Iesu Christe, cujus Ecclesia est veluti castrorum acies ordinata: bene † dic hoc ve-

xillum; ut omnes sub eo tibi Domino Deo exercituum militantes, per intercessionem beati N. inimicos suos visibiles et invisibiles in hoc saeculo superare, et post victoriam in coelis triumphare mereantur. Per te, Jesu Christe, qui vivis et regnas cum Deo Patre et Spiritu sancto, in saecula saeculorum. *R.* Amen.

Deinde vexillum aspergat aqua benedicta.

30.

Legitimations-Anmerkung per subsequens matrimonium.

Das hohe k. k. Ministerium des Innern hat mit dem Erlasse vom 21. März 1892, Z. 11.890, an die k. k. Statthaltereien in Brünn, Folgendes angeordnet:

„Mit dem hierämtlichen Erlasse vom 12. September 1868, Z. 3649/MZ., wurde der auf Grund der bestehenden Vorschriften zu beobachtende Vorgang wegen Berichtigung der Geburts-Matriken aus Anlaß der durch nachgefolgte Verehelichung der Eltern eingetretenen Legitimation unehelicher Kinder im Einverständnisse mit dem k. k. Ministerium für Cultus und Unterricht zur Darnachachtung bekanntgegeben.

In gleicher Weise ist mit hierämtlichem Erlasse vom 7. November 1884, Z. 12.350, die Weisung für jene Fälle erlassen, in denen es sich um die Anmerkung der Legitimation per subsequens matrimonium in den Geburtsmatriken handelt, die Parteien aber nicht in der Lage sind, die erforderlichen Erklärungen vor dem Führer der Geburtsmatrik persönlich abzugeben.

Beide bezogenen Erlasse haben für die entweder gleich bei Aufnahme des Geburtsaktes oder später erfolgende Eintragung des unehelichen Vaters in die Geburtsmatrik die unter Beobachtung der gesetzlichen

Vorschriften abgegebene Einwilligung des Vaters hiezu zur Voraussetzung.

Außerdem kommen häufig Fälle zur Verhandlung, in denen die Veranlassung der Vormerkung der Legitimation unehelicher Kinder in den Geburtsmatriken auf Grund nachgefolgter Ehe der Eltern im administrativen Wege angestrebt wird, ohne daß die vom Gesetze geforderte ausdrückliche Einwilligung des angeblichen Vaters zur Eintragung der Vaterschaft in die Geburtsmatrik zumeist wegen früheren Ablebens des angegebenen Vaters oder auch aus einem anderen Grunde zu erwirken ist.

In solchen, nicht selten vorkommenden Fällen kann nach den bestehenden Vorschriften wegen Mangels des gedachten gesetzlichen Erfordernisses die Anmerkung der Legitimation durch nachgefolgte Verehelichung der Eltern im Geburtsbuche nicht sofort im administrativen Wege verfügt, sondern kann dieselbe erst auf Grund eines mit Erfolg durchgeführten Civilprocesses begehrt werden.

Aber auch der Austragung der Anerkennung der Vaterschaft und sonach der Legitimation im Civilrechtswege treten nicht selten vielfache Schwierigkeiten

entgegen und muß wieder darauf hingewiesen werden, daß selbst die ausnahmsweise Erwirkung der Legitimation durch Begünstigung des Landesfürsten nicht geeignet ist, alle für die Kinder nachtheiligen Folgen zu beheben.

Den in den bezeichneten Fällen sich sowohl für die Partei als für die Sache ergebenden erheblichen Mißständen, sowie eventuellen Civil-Proceßes und den hiemit verbundenen Kosten kann dadurch begegnet, oder wenigstens die Zahl derartiger Fälle vermindert werden, daß für die rechtzeitige Ordnung des Familienstandes Vorfrage getroffen wird.

Die Ursache der häufigen Unterlassung der Eintragung der Vaterschaft in die Geburtsmatrik wird, wenn die materielle Grundlage einer solchen Matrikoneintragung, nämlich die Zeugung des Kindes durch den nachmaligen Gatten der Mutter vorliegt, kaum einem Widerstreben oder selbst auch nur einer Absicht des Vaters zuzuschreiben, sondern meistens in der Unkenntniß der bestehenden Vorschriften, in der Nachlässigkeit und Indolenz der Parteien zu suchen sein.

Es wird sonach in vielen Fällen durch eine entsprechende Einflußnahme auf die Parteien seitens derjenigen Organe, welche in Ausübung ihres Berufes in die Lage kommen, von den obwaltenden Verhältnissen Kenntniß zu erhalten, und zwar zunächst seitens der Seelsorger und Matrikenführer ermöglicht werden, die erwünschte Abhilfe zu schaffen.

Bei Eheschließungen wird sich vorzugsweise Gelegenheit bieten, auf die Brautleute oder doch auf den Bräutigam dahin ernstlich einzuwirken, daß bei vorhandenen vorehelichen Kindern die Durchführung der Legitimation eingeleitet und bewirkt werde.

Es wird aber auch in allen Fällen eine entsprechende gleiche Einflußnahme anzuempfehlen sein, in welchen die Seelsorger und Matrikenführer in irgend einer anderen Weise etwa Kenntniß erhalten, daß vor der Eheschließung geborene Kinder der Eheleute vorhanden sind, ohne daß die Richtigstellung der Geburtsmatrik veranlaßt worden wäre.

Bei diesen Anlässen wird es nun Aufgabe dieser Organe sein, die Parteien über die aus der Unterlassung der rechtzeitigen Legitimationsvorschrift entspringenden Folgen und sonach über die Wichtigkeit der Matrikenrichtigestellung aufzuklären, dieselben über die einzuschlagenden Schritte zu belehren und ihnen zur Durchführung derselben die erforderliche Anleitung und Unterstützung zu gewähren.

In Würdigung der angeführten Momente findet sich das Ministerium des Innern im Einvernehmen mit dem k. k. Ministerium für Cultus und Unterricht bestimmt, die k. k. Statthalterei anzuweisen, unter gleichzeitiger Inanspruchnahme der Mitwirkung der betreffenden kirchlichen Oberbehörden zu veranlassen, daß die Seelsorger und Matrikenführer aufgefordert werden, in den in Rede stehenden Fällen und in der oben angedeuteten Weise ihren Einfluß geltend zu machen, damit die Legitimation vorehelicher Kinder seitens ihrer Eltern im Geburtsbuche ohne Aufschub zur Durchführung gelange.

Ebenso werden die politischen Behörden erster Instanz entsprechend zu verständigen sein, da auch sie vielfach in der Lage sind, in der gleichen Richtung mit Erfolg einzuwirken."

Diese Anordnung wird den hochwürdigen Matrikenführern zur Darnachachtung mitgetheilt.

30.

Heimatrechterwerbung durch Erlangung eines öffentlichen Amtes.

Zum Begriffe „ständiger Amtssitz“.

Erkenntniß vom 29. October 1891, 3. 3407.

Stadtgemeinde Brüx (Adv. Dr. Pichler) contra k. k. Statthalterei in Prag (M.-R. Dr. Ritter v. Helm); E. vom 12. December 1890, 3. 107.712, puncto Heimatzuständigkeit der Beamten der k. k. Bergdirection in Brüx.

„Die Beschwerde wird als unbegründet abgewiesen.“

Entscheidungsgründe. Nach § 10 des Heimatzgesetzes erlangen definitiv angestellte Hof-, Staats-, Landes- und öffentliche Fondsbeamte, Geistliche und

öffentliche Lehrer mit dem Antritte ihres Amtes das Heimatrecht in der Gemeinde, in welcher ihnen ihr ständiger Amtssitz angewiesen wird. Diese Art Begründung des Heimatrechtes bezeichnet das Gesetz als eine solche, welche „durch die Erlangung eines öffentlichen Amtes“ vor sich geht, und daß der § 5, Absatz 4 des cit. Gesetzes keine — wie die Beschwerde vermeint — den § 10 etwa einschränkende Bedeutung hat, vielmehr nur im Sinne einer einfachen Determination einer Begründungsart des Heimatrechtes aufgefaßt werden kann, geht schon zur Genüge daraus hervor, daß, sowie bei § 5, Punkt 4 der § 10 des Heimatgesetzes, auch bei jeder der drei anderen im § 5 genannten Begründungsarten des Heimatrechtes die entsprechenden, diese Begründungsart speciell behandelnden Gesetzesstellen ausdrücklich citirt sind. Bei der Frage der Heimatzuständigkeit der in der angefochtenen Entscheidung insbesondere benannten Beamten der k. k. Bergdirection in Brüx kommt es lediglich darauf an, ob dieselben definitiv angestellte Staatsbeamte sind, und ob ihnen in der Gemeinde Brüx ihr ständiger Amtssitz angewiesen erscheint.

Daß die in der angefochtenen Entscheidung benannten Beamten als definitiv angestellte Staatsbeamte angesehen werden müssen, geht nicht nur aus der Zuschrift des Ackerbauministeriums vom 7. April 1890, Z. 5231, sondern auch insbesondere aus den Anstellungsdecreten dieser Beamten hervor, in welchen ihnen eine bestimmte, im Gesetze vom 15. April 1873, R.-G.-B. Nr. 47, vorgesehene Rangklasse und die entsprechenden systemmäßigen Bezüge zuerkannt werden. Daraus, daß die Erwerbung von Staatsgütern nach den gesetzlichen Grundsätzen des Privatrechtes (§ 290 a. b. G.-B.) zu erfolgen hat, kann in Hinsicht auf

die öffentlich-rechtlichen Consequenzen der Staatsbeamten-Qualität der Verwaltungsorgane nichts gefolgert werden.

Was den ständigen Amtssitz in Brüx anbelangt, darf nicht außer Betracht bleiben, daß bei Administrativ-Beamten überhaupt (im Gegensatz zu den richterlichen) von einem derartig ständigen Amtssitze, der nicht jederzeit von der berufenen Oberbehörde nach Ermessen geändert werden könnte, keine Rede sein kann. Zum Begriffe des ständigen Amtssitzes muß als ausreichend erkannt werden, daß die Zuweisung des Beamten zur regelmäßigen Dienstleistung bei einer Behörde oder einem Amte erfolgt, im Gegensatz zu einer Entsendung behufs Abwicklung einer bestimmten Geschäftsangelegenheit oder für bestimmte Dauer, wobei die Rückkehr des Entsendeten nach beendigter Amtshandlung an den ständigen Amtssitz, oder die Zuweisung an einen anderen Dienstort bereits im Vorhinein feststeht.

Als ständiger Amtssitz im angegebenen Sinne war für die in Frage kommenden Beamten die Dienststation in Brüx anzusehen und der in der Beschwerde angeführte Umstand, daß die Erwerbung der Bergobjecte in Brüx eine nur provisorische ist, ändert hieran nichts, besonders wenn erwogen wird, daß die Ernennung der Beamten — wie dies aus den betreffenden Ernennungsdecreten zu entnehmen ist — keineswegs auf die Dauer des Besizes dieser Bergwerksobjecte eingeschränkt erscheint.

Die in Frage kommenden Beamten haben daher durch ihre Zuweisung nach Brüx und den Antritt des Dienstes daselbst nach § 10 des Heimatgesetzes das Heimatrecht in Brüx erworben.

Mäßigkeits - Vereine.

In den Pfarren: Preddvor, im Decanate Kranj, und Ambrus, im Decanate Trebnje, sind Mäßigkeitsvereine ins Leben getreten, welche hiemit als canonicum errichtet erklärt werden.

Diese zwei Vereine haben zur Gewinnung des vollkommenen Ablasses das Fest der Unbefleckten Empfängniß Mariens (8. December), und zur Gewinnung des Ablasses von 7 Jahren und 7 Qua-

dragenen das Fest des hl. Joseph (19. März) und die ersten drei Quatember-Sonntage des Jahres gewählt.

Die canonische Errichtung dieser Mäßigkeitsvereine ist im resp. Verzeichnisse der Vereins-Mitglieder in der, in dem Diöcesanblatte VIII, S. 87 de 1887, mitgetheilten Form anzumerken.

33.

Canonische Visitation und Firmung.

Mit Bezug auf die Verlautbarung des letzten Diöcesanblattes Nr. III wird des Weiteren hiemit bekannt gegeben, daß die canonische Visitation und Auspendung der hl. Firmung in den Decanaten Radovljica, Kranj und Loka an den nachfolgenden Tagen stattfinden wird.

Am 27. Mai Vormittags Firmung und canonische Visitation in Rovte;

am 28. Mai Vormittags Firmung und canonische Visitation in Kateče;

am 29. Mai Vormittags Firmung und canonische Visitation in Bohinjska Bela;

am 30. Mai Vormittags Firmung und canonische Visitation in Kamna Gorica;

am 31. Mai Vormittags Firmung und Visitation in Dobrava; Nachmittags in Ovsice;

am 1. Juni Vormittags Firmung und Visitation in Besnica;

am 2. Juni Vormittags Firmung und Visitation in Zabnica, und

am 3. Juni Vormittags Firmung und Visitation in Reteče.

34.

Concurs-Verlautbarung.

Die unter dem Patronate der Religionsfonds-Domäne Sittich stehende vacante Pfarre Cemsenik, im Decanate Moravce, wird hiemit zur Bewerbung ausgeschrieben.

Die Gesuche sind an die hohe k. k. Landesregierung in Laibach zu stylisiren.

Die Pfarre Polhov Gradec, im Decanate Vrhnika, ist durch Beförderung in Erledigung gekommen und wird ebenfalls ausgeschrieben.

Die Gesuche sind an das hochwürdige Domkapitel l. f. Stiftung in Laibach zu richten.

Die Pfarre Kropa, im Decanate Radovljica, ist durch Todfall in Erledigung gekommen, und wird hiemit zur Bewerbung ausgeschrieben.

Die Gesuche sind an das hochw. fürstbischöfliche Ordinariat in Laibach zu stylisiren.

Peremptorischer Competenztermin 12. Juni 1892.

35.

Chronik der Diöcese.

Die canonische Investitur erhielten die beiden Herren: Franz Gornik auf die Pfarre Nevlje, am 20. April, und Johann Lavrenčič auf die Pfarre Boštanj, am 21. April 1892.

Dem Herrn Michael Zupan, Pfarrer in Polhov Gradec, wurde die Pfarre Sostro verliehen.

Bersetzt wurden die Herren: Franz Krumpstar, Subfidiar in Nevlje, als Pfarrcooperator nach Prečina; Franz Vrhovšek, Pfarrcooperator in Ribnica, als solcher nach Komenda; Johann Mauring, Pfarrcooperator in Vodice, als solcher nach Kranj; Franz Birek, Beneficiat und Cooperator in Gottschee, als Pfarrcooperator nach Kranj; Mathias Slak, Pfarrcooperator in Predoslje, als solcher nach Vodice; Ignaz Zupanec, Deficient, als Pfarrcooperator nach Predoslje; Johann Pavlič, Pfarrcooperator in Boštanj, als solcher

nach Cerklje; Alois Česarek, Pfarrcooperator in Cirknica, als solcher nach Boštanj; Johann Zupan, Pfarrcooperator in Vipava, als solcher nach Brezovec; Franz Rajčević, Pfarrcooperator in Brezovec, als solcher nach Vipava; Johann Lovšin, Pfarrcooperator in Mokronog, als Kosler'scher Beneficiat und Coop. nach Gottschee; Josef Žagar, Pfarrcooperator in Altemarkt bei Poljane, als solcher nach Hinje; Josef Kramarič, Pfarrcooperator in Hinje, als solcher nach Altemarkt bei Poljane, und Anton Antončič, Pfarrcooperator und Beneficiat in Gorje, als Pfarrcooperator nach Dovje.

Herr Johann Kapuz, Pfarrer in Kropa, ist am 6. Mai 1892 gestorben, und wird hiemit dem Gebete des hochwürdigen Diöcesan-Clerus empfohlen.

Vom fürstbischöflichen Ordinariate, Laibach am 30. April 1892.